Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eius manu. Vnde sanctissimi prēs
et domini considerate uirum istum quam fide-
lis et iustus spiritus in domo domini fuit docen-
dum nos ad illuminandum abscondita
tenebrarum et effugandum nequicias pec-
catorum. De quo nobis grandis esset
s̄mo et ininterpretabilis ad dicendum. Sed
nimis inbecillis factus sum Quoniam
introierunt tremor in ossa mea. et subtus
me turbata sunt uestigia mea ne nimis as-
cendam. Etenim angusta porta et arta uia
et cibus iste solidus perfectorum est et sapiē-
tum. qui exercitatus hn̄t sensus ad discre-
cionem Quapropter non modica relinquens
difficilia et ardua tanti uiri ineffabilis cuius
laude plena est terra cuius splendor est
sicut lumen et cuius omnia sunt in manibus eius. Ad prīs
sui ortus gloriosi aliqua breuissime ca-
pio reserare

Deus enim omnipotens cuius misericordia
preit ante faciem suam qui et iustus
est et rectum iudicium suum reddens
mercedem laborum sanctorum suorum. pastor ue-
rus et bonus in unam disponens omnia et con-
gregans oues suas in sinum suo que no-
uissime diebus istis cursu intollerabili et
oneroso agonis grauissimi In quo et
caro concupiscat aduersus spiritum Et spiritus aduersus